Iudicibus, quos lege sinit decernere iniqua.

Hinc lacrymans urbis viros palpulm q; pererrat

Aëre te etæ, illis secum mala plurima voluens.

A quibus exacta est, fraudataque partibus æquis-

Qui vero extensis & ciuiibus omnia iuste

Distribuunt, nil flectentes à tramite recto.

His vivet urbs populiq; vigent, atque omnia florent.
 Pax iuuenium nutrit, usque est, non horrida bella
 Latiuidens illis immittit Iupiter unquam.
 Nec populos inter rerum vlla penuria iustos,
 Insumunt epulis in sacris parta labore,
 Terra dat immenses fructus, in montibus altum
 Quercus fert glandes caput, est apis incola ventris,
 Grex ovium lana per agros incedit onus, et
 Et similes sobolem genitrices partibus edunt.
 Denique cunctam rerum uertate fruuntur.
 Non scandunt naves, tellus victum alma ministrat.
 At quibus est cordi mala vis, malefactaq; dira,
 Destinat exemplò, Saturnius æthere poenas.
 Nominis sepe viri scelerati urbs plectitur omnis,
 Qui peccet, faciatq; Ioui non facta ferenda,
 Verum ut subiectam mala quæ Deus æthere mittit,
 Dat cuius peste famem, tecta omnis plebs radit igni,
 Incidunt sterili mulieres ventre, domusq;
 Ac stirpes pereunt, supero id rectore volente,
 Agmina qui nunc sternit eorum aut membra frangit,
 Currentesq; rates disrumpit in æquore secau.
 O vos qui regitis terras aduertite mentem
 Huc ad iusticiam, quoniam superi prope nos sunt
 Di, qui cuncta vident, & eos qui per mala iura
 Defraudant alios, spreta ratione Deorum.
 Ter numerum exuperant celestia numina, terram
 Quæ nobiscum habitant, in tutelam data nostrum,
 Illaq; quid iuste obseruant, quid fiat inique,
 Aere tecta, omnem pedibus, peragrantia terram,
 Ipsaq; iustitia est virgo Ioue nata parente,
 Clares Deos inter superos reverendaq; molcum,
 Quam si quis violet, meritoue fraudet honore,
 Continuo ante pedes residens patris Iouis alti,
 Humanæ exponit mentis sceleras, & date poenas.

Vult fraudis populi rectores, qui sacra iura
 Detorquent mala dum, ob nummum sententia fertur.
 Sed memor ô iudex horum, tua dirige recte
 Iudicia & capiant te obliuia iuris iniqui,
 Noxius ipse sibi est, alij qui querit obesse,
 Consiliumq; malum danti fert maxima damna,
 Perspicit ac sentit sacrum Iouis omnia lumen,
 Nunc videt & nobis quid agatur, si velit illum.
 Nec latet hac quondam ius exercetur in urbe,
 Ast ego mortales inter iustus mimimè essem,
 Filius, aut idem, si peccatum foret, esse
 Iustum, aut præmia si iniustum majora manerent:
 Talia, sed minimè est facturus Iupiter unquam.

Ast immo^{re} tuis hæc Perse cordibus imis,
 Audi iusticæ viamq; obliuiscere diram.
 Hanc etenim legem nobis Deus ipse reliquit,
 Pjseibus at, nemorumque feris, auribusque se ut ipsi
 Inuicem edant: iuris quia non discrimin in illis
 Iusticiam nobis, qua præstantissima longè est,
 Tradidit, & quoties audet quis dicere verum
 Existens testis, Deus huic dat prospera cuncta:
 Qui dum testis adest, temerè periuria iurans
 Mentitur laedens hic ius, magis Izdixit ipse.
 Nam genus ipsius perit, atque extinguitur omnes:
 At genus in claro iusti post nomine viuit.
 Nunc tibi præcipue memorabo salubria Perse.
 Scilicet ex vitijs facile est vel prendere turbam:
 Nam via non longa est, foribus vicina morantur.
 At regina graui virtus ludore paratur,
 Est via difficultis, præceps, longa, aspera ad illam.
 Principio, postquam iam stas in vertice summo,
 Tum facilis, tum fit dulcis, licet, ante molasta.
 Optimus ille vir est, primusq; sibi omnia nescens
 Consulere expendens qua post prodesse valebat,

Sed

Sed bonus hinc ille est, audit qui recta monenti,
Qui sibi consulere ignorat, nolitq; monenti
Auctoritate alij, nullusq; & iustus hic est.

Sed tu nostra animo semper præcepta reuoluens,
Esto operi intentus Perse diuine, famæ vt
Te premat inuidia Cereris, sed amore pudicæ,
Illa tua omnigeno sic impleat horrea victu.
Bece famæ comes est homini certissima pigro.
Adde quod hunc odio superiq; hominesq; sequuntur,
Quis quis segnitia fucos imitatur inertes,
Quorum venter apum consumit parta labore,
Ocia agens; sed opus tu quodq; in tempore cura.
Horrea vt accipient maturum in tempore fructum,
Ditescunt homines ex sedulitate laborum,
Quin operans fies malo mortalibus & Diis
Charior; his odio, cui corpus torpet, habetur.
Turpe labor non est quicquam, sed inertia turpe.
Tu studio, ad studium quoq; perstimulabis inertem
Ditescens, at opes virtusq; decusq; sequuntur,
Diis similis fies melius nil ergo labore;
Siq; nec alterius cupiens rerum, usq; laborans,
Ut iubeo proprium studeas acquirere victimum.
Utilis haud quaquam est homini pudor hospes egenti,
Nunc iuvat ille virum, nunc officit ille vicissim.
Vix pudibundus inops maner audax fit cito diues
Nil unquam rapias, data cœlitus optima dona.
Cuius enim fuerit manuum res austera rapinis,
Siue vsu linguae mendacis (qualia fiunt
Humanis animis lucri dulcedine captis,
Dumq; pudor nullus, sola irreuerentia regoat)
Hunc male dij vexant, rursum possesto primus
Acceritur, felix nec longo tempore vivit.
Par celuv hic, a quo supplex & luditur hospes,
Pattat, & ingreditur quicunq; cubilia fratris

Vxorem maculans & sancta cubilia stupro,
 Peccat & is qui lœdit vtroque parente carentes,
 Quiq; senectutis supremo inlimine stantem
 Haud timet immitti sermone offendere patrem.
 Hunc pater ipse Deum Saturnius odit, & illi
 Fæcitis pro iniustis tandem mala digna rependit.
 Sed nunquam Perse tu quicquam feceris horum,

At pro virili superis Dijs fac sacra, purè
 Mundeq; & pingues coxas adoletu sub aris,
 Nunc vini patris, nunc placa thufis odore,
 Solis ad occasum facies & Solis ad ortum,
 Ut tibi perpetuo fausti sint atque fauentes,
 Vtq; iuuare queas alios, non te iuuet alter.

Hoste tuo, ad cœnam tui amantem accerse, relieto;
 Hunc tamen ante omnes, paries quem separat vngs
 Abs te, si qua etenim tibi res peragenda domi sit,
 Discincti vicini aderunt, cingentur amici.

Damnum vicious malus, auxilium bonus ingens.
 Atque bonum nactus vicinum, est nactus honorem,
 Nec rès, vicinus ni sit malus, vlla peribit.

A vicino aliquid capias si mutuo, eadem
 Mensura, ac non, si possis, sine fœnore redde,
 Indigus ut rursum nullam patiare repulsam.

Né mala lucra pates, mala lucra æqualia danūis.

Sis charus charo, visentem inuise vicissim

Quiq; dedit reddas : nil daz, qui nil dedit vñquam.

Danti, aliquis dedit : at nil danti quis dedit vñquam?

Dos bona, sed nunquam bona mortifera vlla rapina,

Qui dat sponte lubens, quamvis hic grandia prælēt

Munera, lœtatur, facit atque hoc corde sereno,

Qui verò ipse rapit, nullo remorante pudore,

Sit quamvis paruum, cruciatum hinc pectori sentie

Namq; super paruum, si paruum apponere cures,

Sæpius & facias, cirò magnus fieri acerius.

faymonia

Effugis

Effugit ille famem, prætentem qui auget aceruum;
 Sufficit hoc minimè quod cella penaria seruat.
 Esi domi præstat, nam damnosum foris esse.
 Dulce est, de cumulo præsentí suuere contrà
 Est grāte, egere aliqua re abiente, hinc sis memor horum
 Num plenum est fermeque vacat vās largius hauri:
 In medio parcas, in fundo pareere ferum.
 Dicta prius merces detur famulo, idque benignè,
 Et cum fratre iocans cura tum testis ut adsit.
 Fidere sepe nocet, nocet & dissidere sepe.
 Ne fucata tua spoliet te mente cauero,
 Fœmina, blanda, loquax, nidi damnosa vorago,
 Confidit furi, qui confidit meretrici.
 Hinc patrius seruet dilectus filius ædes.
 Sic tibi res crescent præcedentq; omnia dextræ.
 Fac moriare senex, gemina ex te prole relicta:
 Namque Ioui facile est locupletes reddere plures.
 Curaque multorum maior, plus fertur in arcana.
 Si cupias summis quoque tu drescere votis,
 Perse, sic facio, vique laborem annecte labo ri.

LIBER SECUNDVS.

PLeiadas cernens orientes, demere frugem;
 Vomere verte solum, quum submerguntur an vadas
 At his vicinas latitant noctelq; diesque;
 Hinc iterum apparent impletis mensibus anni,
 Tempora quo primum incipiunt splendescere falces.
 Hæc lex aruorum est cunctis servanda colonis,
 Siue habitent illi rauci prope littora ponti,
 Pinguia siue colant in vallibus arua remota
 A ponto procul, At tu nudus sere, nudus aratro,
 Et nudus inerito, Cereris si in tempore cuncta
 Officia exopees curato ut tempore crescant.

Quæq;

Quæc suo: ne quando, grauis dum vexat egestas,
 Frustra mendices aliena per ostia victum,
 Ve qui nunc ad me venisti, at non dabo quicquam
 Aut dono, aut vsu: fed Perse stulte labora.
 Ipsi terricolis Dij constituere laborem,
 Ne cum filiolis, cum coniuge, pectora tristis
 Panem à vicinis quereras, ipsisq; repellant.
 Forfitan accipies bis terue, at si inde molestes,
 Efficies nibil, inuanum, sed plurima dices.
 Sed quid verba iuuant hortor, memor esto parare,
 Ipse feram vade famem places, ac debita solvas.
 Primum, zdes, famulam, taurum qui ducat aratum,
 Empiram non ductam, tua quæ iumenta sequatur.
 Hinc memor aptatus domui instrumenta parato,
 Ne pôscas alium illa, & eo ludere negante
 Tempora diffugiant, inceptraque res caret actu,
 Ne differ sub cras opus, adq; diem inde sequentem,
 Nam sua desidiam sectans replet horrea auquam
 Ne cunctatur iuers: studium rem promouet vnum.
 Hinc est lucta pigro cum paupertate perennis,
 Cum deferuerit Phœbes lampadis ignis,
 Atque calor sudorificus, cum Iuppiter imbre
 Mensibus Autumni fundit, corporisq; leuat
 Humanum, ac recipie vites(quia Sirius horis
 Per lucem exiguis, hominum tunc imminet ardoris
 Verticibus, verem sese plus nocte fatigat)
 Deniq; cum cariem contemnit sedta secutus
 Sylua & fundit humi frondes, cestaque virete,
 Cadere materiam è sylvis tum sis memor apicam
 Ut mortarium tripedale, uium cubitorum
 Pistillum, atque axem resecato septipedalem;
 Octopedum si sit, tum malieus absindatur,
 Tres palmas rota habens, denas currus habenti:
 Plurima ligna incurva seces, dentale per arua

Aut montem quares, inventum confer ad ædes
 Illicum, nam tale haud frangitur inter arandum,
 Si clavis buri, Cereris qui munia tractat
 Rusticus infgens, temoni adiunxerit aptè.
 Sed tibi sub recto fabricans duo aratra parato,
 Perfectus ac rude: nam multo præstantius est sic:
 Nempe uno fracto, tum tauris alternum ut addas,
 Temones validos de lauro vimoq; recides.
 Ex querco buris, dentale ex ilice har:
 Suntq; non em annorum tauri, his firmissima membra,
 Conuentumq; operi medio qui flore yigentes.
 Nou ille in oris opus miscentes prelia, aratum
 Frangentque incepsumq; ita opus linquent sine fructu,
 Hos numerant annos. vir quadraginta sequatur.
 Postquam edic pante m motus quater octo tenetem,
 Sollicitus rectum curet tum ducere sulcum,
 Ad soeos poli respiciens, sed petore toto
 Incumbens operi: non unior a spacio illa est.
 Spargens sementem, & loca semine sparsa cauens
 Junior ad toros crebro vagabimina flegit.

Oblerus, si quando gravis vox clangit ad, **RUMPS**
 Nubibus ex aliis dantis tibi signa, quotannis:
 Nam fert signa sol inveteratq; & tempora brumaq;
 Indicat siat bobus venia ipsam ingrata carebit,
 Inclusus tabulo raroas tum pascitq; seño.
 Dicere perfacile est cum bobus des rogo currunt:
 Et facile abiret: propeq; bobus labor instat.
 Vir condatus ait, curium compinge tibi ipse.
 Stultus et hoc nescit, centum is sibi ligna requirit.
 Sed tu cuncta dum i cursto negocia primum:
 Et simul at ipsum iam tempus venit arandi,
 Tum quoque cum famulis infilas ipse laboris.
 Humidus & siccus fit ager quum scindis aratra,
 Manè bene aggrediens, lipcis oneratur ut grua.

Vere solum proscinde, iteratum haud fallet in æstu.
Esto naualis ager, cui vis committere semen,
Dira nouale arcet, puerorum est blandaq; nutrix.

Terreno fac vota Ioui Cereriq; pjudicaz,

Vt placidi pleno dent arua grauescere foptu.

Fac vota aggrediens terram sulcare, manuq;

Corripiens stiuam stimulat quum doria trahentum

Vitioine taurorum : sed tunc te ponè sequatur

Rastræ puer portans, quum mandas serpina terz,

Isque auibus semen celando negocia ponat,

(Sedulitas homines iuuat, at sociordia lœdit)

Sic grauij in terram fructu nutabit aristæ,

Si que tuo placidus Deus apanuat inde labori,

Eijce cum vasis, quas fecit aranea celas,

Et cunctis plenis victul lœtabere vasis,

Iaueniat te ver epulantem, non eris vnquam

Lœdigus alterius, sed opa tua ope alter habebit.

Sed tibi solstitio brumæ si tetra subacta est

Raras innitens genibus resocabis aristæ,

Dragmata pauca ligans, repransq; in puluere trifisis.

Corbe vehes messem, paucis erit illa stupori.

Nunc etenim magni Iouis hæc, nunc illa voluntas,

At homini illius mens perserutabilis ægræ,

Quod tibi si serd sit aratum, hæc vna medela est.

Tempore quo primùm eoccyzat arbore coccyx,

Humanaq; suis demulceret canticibus aures,

Tum triduum rotum si fundat Iuppiter imbre,

Qui non destituat bovis aut vestigia vincat,

Primus ita quoque multa metent & serus arator.

Pectore cuncta rene memori, nec tempora cani

Te lateant veris, nec tempus quo eadit imber.

Fabrorum vitato focos, nugasq; calentes

Tempore brumali, cum frigera corpus adurunt.

Tum propriæ domui vir prospicit, omnia grauus.

Nec te satia dies hyemis deprendat egenum;
 Constringatque pedem tuam et tenet a tuis sentem.
 Multavit ignarus; dum tempore palpitans,
 Indigus intet eis vicitus, thala corde volat.
 Namque potest nō openi minime spes palcare, pigras
 Ocia testantur: & tenuis estis copia rerum.
 Tu media exercee famulos peritate labore,
 Non erit usque etas peurate in tempore nidos.

Excoriatorem peccatumque; hominumque; Decembrem
 Emis studio lumenque; glaciomque; molestam,
 Quae post Aquarum Boreas sole fridus estre flante,
 Is per Thraciam equis claram flans, Oceanoque;
 Incumbens, munere facit tetramque; nemusque;
 Alticomas quercus, oboeque; ex monte profundus
 Deiicit in vallem, sapienter radicibus imis
 Flamine precipiti, steeptem boas ardos sylva.
 Tumique; ferre extorquent, caudalique; fab inguita posunt,
 Densa licet pellis serisque; pilisque sit ipsius,
 Sic tamen armatas Boreas vis frigida transire,
 Nec bouis hunc arcet tergus, sed ad intima percussa
 Perflat & hirsutas capras; sine esse bidentes
 Immunes, anno nani rato in corpore lance
 Perdurant, facit ille senes incedere curuos
 At nos mollicures infellas virginis artus,
 Quae manet intra aedes, matri coniuncta paternas,
 Nescia adhuc quid amor, quid sint tua facta Dionae,
 Vndeque; sed tenerum corpus bene locoque; habet
 Perlita odoriferas rectum intra nocte quiescit,
 Tempore quo polypus proprios depascitur artos,
 In gelido recubans antro, madido que cubili,
 Nondum etenim inuitat sua lustra relinquere Titan,
 Qui super Aethiopum populos incedit & urbes,
 Tempus ad exiguum te terrestre ostendit Achiuze
 Sylvicolaque; ferre tunc vndeque; quotquot inermes,

Quot-

Quotquot cōnigeræ stridentes dentibus altas
 Percurrunt filias, resq; omnibus est ea cordi,
 Quæ sitisque diu in latebris sua corpora sternunt,
 Sed similes homini baculus cui tertius est pes,
 Cuiq; est iam fractum dorsum, & dependet humi frons,
 Huic similes, inde aufugiunt ubi nix iacet alba,
 Tunc, quod mando, tuum corpus bēne vestibus arma,
 Indue talarem tunicam, superindue chlænam:
 Staminibus ratis inducas licia densa
 Inij ceq; hinc vestem, ne horrescant frigore crines.
 Neus tibi hogiduli recti q; in corpore surgant,
 Indue perones pedibus de tergore tabri
 Fortiter occisi, prius intas crinibus opprens.
 Et bruma aduentante, bouis tibi consue neru-
 Pellus hædorum, vt lae imponantur ad imbre
 Pellendum dorso, crinesq; caputq; galerus
 Arte laboratus tegat, vt ne aures madefiant.
 Frigus in aurora sœum est aquilone rüente,
 Astriferoq; cadens in terram ex æthere manè
 Aér fœcundant segetem, super arua resedit.
 Qui primùm liquidis fluviorum hauritus ab vndis
 Hinc vi ventorum è terra sublatus in altum,
 Nunc pluviā sub noctem adfert, nunc flamina gignit,
 Vndique Threjcio nubes aquilone ciente:
 Hunc tu præueniens acto pete recta labore,
 Ne properans eado te fors nebula occupet atra,
 Et madidum corpus, vestesq; intingat in imbre,
 Hunc præuitato: mensis sœuissimus hic est
 Brumalis, grauis & pecori & mortalibus ipsis,
 Pabula iumentis tum parcus obijco, verū
 Plus homini apponas, quoniam longissima nox est.
 Hæc obseruato, dum Impletis mensibus anni
 Aequadies fuerit nocti, dum denuò mater
 Cunctorum tellus fructus serat almè recentes.

Cum post solstitium brumæ reguator Olympi
 Sexaginta dies conficerit, ilicò deinde
 Oceani Arcturus sacris releuans caput vndis
 Exoritur, fulgens noctis, venientibus umbris.
 Hunc post lugubris rege ex Pandione nata
 Ad ver primum oculis hominum se ostendit hirundo.
 Huius præueniens aduentum, incidit vites.

Cum calida è terra reptat testudo per agros
 Pleiades fugiens, tum tempus mixtere vites,
 Sed falces acue, atque in messem mittito seruos.
 Desere manè torum, & valeat confessus in umbra
 Temporibus messi, cum Phœbus corpus adurit.
 Sed properans cura, ut fructus sub tecta vehantur.
 Surgito manè, tibi ut vixus contingat abunde.
 Confititur facile pars tertia manè laborum,
 Aurora acceleratq; viam, acceleratq; laborem,
 Multi iter incepunt solent illius ad ortum,
 Bobus & iniijcitur tum multis pondus aratri.

Carduus in pratis cum floret, & ore cicada
 Arboribus latitans dat acutum stridula cattum,
 Crebrè alas quatitans, operosæ æstatis in hora,
 Tunc capræ pingues, tunc & molissima vina,
 Fœmina tunc coitus audissima, languidus est vir.
 Nani capiti & genibus vires Canis æstifer aufert,
 Corpus & exuccum facit æstas saxeæ, tum te
 Umbra habeat, tumq; adsint Biblina vina, placenta
 Lacæ, lacq; capræ, quæ non alit vberè fœtum,
 Nec tenaci vituli nondum enixi caro desit,
 Hædorumq; recens natorum: nigra sub umbris
 Vina sedens misce, recrea cor dulcibus escis,
 Spirantem leviter faciem conuersus ad Eurum,
 Et fontem aspiciens sine limo & sine fluentem.
 Sed ter aquam funde, & quarta vinum vice misce.

Brachia cum primum profert robustus Orion,

Sacra

Sacra iube excutiant famuli Cerealia dona,
 Area in æquali, & ventis regione patente.
 Excusam Cererem metire, in vasa reponens,
 Quumq; tenes omne iam structū intra horrea victimæ.
 Quære domo propria famulum, famulamq; carentem
 Pro libus: illa solet, quæ lactat, inutilis esse,
 Pascere cura canem quoque sit, ne parcito pani:
 Ne tua furetur solitus fur stertere luce.
 Postremò moneo, ut fœnum paleasq; recondas,
 Vnde boues pascas mulosq; his omnibus actis,
 Tauris de me iugum, & famulis concede quietem,
 Cùm medio celo Canis, Orionq; vagantur,
 Arcturumq; aurora videt sibi stare propinquum,
 Collige tunc omnes, Perse, de vitibus vuas,
 Et bis quinque dies noctesq; exponito soli,
 Sint & quinq; dies sine sole, in dolia sexto
 Minera lætitiam Bachi parientia conde.
 Postquam Pleiadesq; hyadesq; atque amplius Orion
 Occiderint, tum mox inuertere vomere terram
 Esto memor, sic quæq; suo anni tempore hant.
 At tibi difficilis res si sit nautica cordi,
 Tempore quo Eoz Atlantides Oriens
 Vitantes suum, pelagi conduntur in vndas,
 Omnigeni miscent inter se prælia yenti,
 Hinc tua nulla mihi tum currat in æquore nauis:
 Cura sit, ut iubeo, yellurem inuadere arato,
 Nauigium subdue in littus, & vndique saxa
 Aduoluæ, ut sedeat tuum spiramina contra.
 Eijce aquas pluuias, ut ne Iouis imbre putrescat.
 Arma ratis cuncta ad tua tecum culmina confer,
 Carbasa, quæ nauis sunt alæ, ritè plicato,
 Suspendas suæsa super laquearia clavum.
 Ipse viam differ dum tempus venerit aptum,
 Tum nauem æquoreas in aquas deducito, & illam

Mercibus oppleto, vnde domum bona lucra reportes.
 Sic noster solitus pater est dare vela per vndas,
 Perse chare, bonum victum hinc æquumq; parabat
 Et semel hac tenuit cursum, emensus mare magnum.
 Aecilic à Cum a soluens cum naue picata;
 Non quod diuitias amplas fugiebat, opesque,
 Sed paupertatem mortalibus à Ioue missam,
 Haud Helicone procul, miseranda habitabat in Ascas.
 Qui malus ac grauis est, brumaque estateq; vicus.
 Curandum Perse tempestiuò omnia fiant
 Tempore, sed primam hauc curam res nautica poscit.
 Laudato exiguum nauem, ac res credito magnæ.
 Quo maior vectura, lucra hoc maiora futura,
 Si modò contineant rabiosi flamina venti.
 Quando ad mercatum vertisti pectora, sic &
 Debita conaris vitare, famemque molestem,
 Multisoni ostendam pelagi cursusque modosque:
 Non tantum ipse rei, quæ pertinet ad mare doctus.
 Nam nunquam rate sum spaciofa per æqua vœtus,
 Præterquam Euboean rad vicinam ex aulice, vbi ohm
 Argui a ducibus populi collectio facta est.
 Dum squalidum mare ibi tenuit Troiam ire volentes:
 Illuc Amphidamantis ego ad certamina veni
 Calcidaq; intraui, nam plurima præmia clari
 Proclamata viri statuere, at carmine tum me
 Victorem tripodem auritum retulisse recordor.
 Hunc ègo suspendi Musis Heliconis honorem,
 Primuni ibi fecerunt me hymnum tentare sonorum.
 Nunc mihi quanta fuit ratium experientia cernis,
 Attamen Aegiochim entem reserabo tonantis,
 Nam docuere Deas me sacrum pangere carnem.

Quinquaginta dies post, quam se vertit ab visto
 Sol cancro, ægatis iam parte cadente suprema,
 Est opportunum fluctus intrare marinos.

Non

Non facile franges nauem, aut homines mare perdet,
Perdere si nolit princeps Neptunus aquarum.

Siue Deum simus, atque hominum rex Iuppiter altus,

Namque per hos pariter stat cardo boniq; maliq;

Non varij tum flant venti, iacet vnda quieta,

Tum trabe confideis ventis securus in altum.

Nauem, ac sarcinulas impone suo ordine cunctas.

Ne differreditum, titò sed properato reuerti:

Neu pluiam autumni expectes, Bachumq; recentem,

In sanosque noti status, hyeme inq; sequentem,

Nanque autumnali pluia comitatus abunde,

Fluctibus hoysq; imum mare concutit austor.

Ast iter est aliud per pontum tempore veris,

Cum primum apparent frondes in vertice fici

Tantæ quanta pedum reddit vestigia cornix

Per terram incedens: tum fit via peruia ponti,

Atque hic est cursus, qui fit sub tempora veris.

Sed nulla ille animo nostro ratione probatur,

Maturus nimis, datur ægrè euadere cladem.

Attamen hæc homines cæci mente omnia tantant.

Nam misericordia est dirum mortalibus aurum,

Sed duram oppetere ac submergi gurgite falso est.

Hinc præceptorum volo te memorem esse meorum,

Nanquam quicquid habes totum comitte carinis,

Plura domi linquens, paucissima credito nauis.

Nam graue damna pati medijs in fluctibus atris,

Vt graue si plaustrum nimio sub pondere pressi

Axis frangatur, res dispergantur & ontres,

Hinc modum ama, bonaq; in re occasio præualet omni,

Lunge tibi vxorem dum firmus adhuc vigor adsit,

Annos enim numeras ter denos, plusue minusue.

Aptum est coniugium decimo sed foemina quarto

Anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.

Virginem, ut institutas laudatis moribus opta,

Vicinamq; tibi præcunctis delige sponsam.
 Sis tamen hic cautus, ne te vicinia ludat,
 Nil uxore viro melius contingit honesta,
 Nilq; mala peius : tali, quæ vivere laude
 Clam solet, hæc quamvis validum, sine torre maritum
 Vrit & exiccat, citiusq; senescere cogit.
 Sedulus obserua curam, cultumq; Deorum.
 Dilige post fratrem socium: quod si patrem amorem
 Esse velis, socius ne lædatur prius abs te.
 Néue illi factum tua lingua ostendat amorem.
 Si dicto incipiat prior ille aut laderet factis,
 Tunc memor esto, eademq; illi cum fœnre redde.
 Rursus amicitiam veterem obseruare volentem,
 Atque pati poenas violati fæderis à se,
 Sulcipe, (nam miser est, crebro qui mutat amicos)
 Nec tua post vñquam facies præ se ferat iram,
 Ne multos, ne rursum habeas nullos tibi amicos.
 Peccato enitato, bouis noli esse molestus,
 Paupertatis iacops nunquam grauis audiat ex te
 Opprobrium: nam dos est numinis illa potentis.
 Lingua bonum eximium est hamini, si paucaliquatur,
 Siq; modum conseruit, inest tum magna renuista.
 Si probris laseres, saceraberis illico peius.
 Publica cùm celebrat populos coniuia, confer
 Accedens aliquid tecum, nec sordidus esto.
 Pro sumptu exiguo reddit ad te magna voluptas,
 Manè soui ac reliquis superis libate cauet
 Illotis manibus, Dij sordida sacra recusant.
 Ad faciem solis conuersus meiere noli:
 Sed quando occubuit, donec fuerit nouus ortus.
 Atque quibus sis cunque locis, facere inter eundum,
 Detectusq; caue: nam Dij's sacræ quoque noctes.
 Vir pius ac dextro donatus pectore, meiet

Siue sedens siue admoto stans corpore sep̄i.
 Res fuit in thalamo chara cum coniuge, Vestae
 Tum tibi polluto cane ne peragantur homores,
 Nec Veneri cœna funebriq; incumbe reuersus;
 Verūm epulis surgens latit, lautisq; Deorum,
 Ne fluuios pedibus calcaueris vsq; fluentes,
 Ni prius aspiciens exores pulchra fluenta,
 Ac manuum sordes in aqua purgaueris autē.
 Qui fluvium impurus nullum calcare veretur,
 Hunc superi oderunt, ac pōst mala plurima sentit.
 Symposio in celebri, præsentes sunt vbi Diui,
 Ne reseces vngues cultello à sorde repurgans,
 Ne cratera super potatum pone lagenam;
 Qui facit, eueniet mors illi cruda repente.
 Aedificansq; domum, ne linquo semiparata,
 Ne se deat clamosa super cornicula cantans,
 Neu comedere ex illa quæ non benedicta patella est,
 Néue laues : quoniam facis quoq; pœna stat illis.
 Ne puerum, seu sit natus ter quatuer annos,
 Seu totidem menses educas molliter, inq;
 Delicijs; siquidem nil viribus officit æque.
 Neue ad balneum, vbi muliebris turba lauetur,
 Vir lotum venias : mani pœna grauis quoque talis
 Euenit, aut veniens superis vbi Diis sacra sunt,
 Ne culpes ea : quippe Dei hinc accenditur ira,
 Præcipue hoc caueat, ael stuminis in ostia, cursu
 In mare quæ properant, vel in ipsos mingere fontes.
 Neue aliuum exoneris nam non est utile factu.
 Sedulus ac hominum famam vitato molestat:
 Ingens fama malum, facilisq; illius origo est.
 Perfertur graue, & orta semel deponitur ægre:
 Illa etenim prorsus nequit euangelere fama,
 Vnde quā vulgus spargit, quoniam quoq; diua est.

HESIODI. DIES.

Ritè dies seruans, quæ sunt Ioue patre creatæ,
 Optima dic seruis quod sit tricesima mensis,
 Ac opera inspicere, ac demensum diuidere illis,
 Qua solet, & populus tractare forensia iuta.
 A magno Ioue principium est, & origo diebus.
 Prima dies sacra est, tum quarta & septima sacræ:
 Namque hac Latona genitus perhibetur Apollo:
 Octaua, & Lunæ crescentis nona, putantur
 Esiè bona quævis opera atque negocia obire.
 Laudantur quoque post decimam prima atque secunda:
 Scito tamen, quod sit longè hæc præstantior illa.
 Hæc condit pecudes, latam illa dêmere frugem.
 Pendula & hæc tenues connectit aranea retas,
 Quod sit plena dies, formicæque rodit acerum.
 Illa exorditi relati mihi fœmina curer.
 Tertia post decimam infelix conspergere cultum
 Semine agrum præstat ramen optimaroborosa plantis,
 Sexta super decimam teneris asperrima plantis:
 Aptæ mari gignendo, sed et non apta puellæ
 Gignendæ primùm, nec eam tum nubere præstat.
 Sextaque præcedens gignendæ inimica puellæ est,
 Aptæ hædis, ouiumq; viris excindere testes.
 Et pécudum stabulum communire vudique septo.
 Dandis apta viris: & amat convicis, falta
 Verba loqui, clam sermones ferere inter amantes,
 Mensis ac octaua castres caprumq; bouemque,
 Luce duodecima mulis castratio fiat.
 Sed cum vicenus lunæ iani voluitur orbis,
 Vir tibi nascetur prudens, & ad omnia dexter,
 Dandis apta viris decima est. hinc quarta puellæ
 Blanda fauet: pecora hæc, cùr quoque boues pede sunt,
 Et cele-

Et celeres catulus, mulosque operum-patientes
 Imposita ciurato manu vitare memisco
 Quartam iam medij, tum quartam deficientis
 Mensis: namque animum tum curae mille temordent.
 In quarta prima uxores tibi ducito charam.
 Auguria obseruans, quæ sunt dexterimata tædis.
 In primis quintas fuge pestiferasq; grauesque,
 His etenim Eumenides terramque hominesq; pererrant,
 Suppliciumque ferunt periuria falsa locutis.
 Septima, post decimam felix, Cerealia dona
 Area in æquata recte terrere, atque flagellis
 Excutere: ad thalamum fabet hac tibi ligna secato,
 Tum quoquo materiam fabricandis nauibus aptam,
 Incipias quarta naues sarcire veteratas,
 Iam non e mediæ pars vespertina probatur.
 Ac homini innocua est, quæ nona est ordine primæ
 Confert & plantis, tum foemellisque virisque
 Gignendus simul est felix, nec innatis vnquam est,
 Sed latet hoc multos, quod sit penultima meglis
 Optima, seu referare velis vas, seu iuga dura
 Bobusque & mulis & equis annexere collo,
 Seu tibi si placeat nauem deducere in altum.
 Namque datum paucis discrimin poscere verum,
 Vasa aperi dēcima quarta: nam præ omnibus hæc est
 Sacra dies, post vicenam: quæ solis ad ortum
 Est bona, ad occasum mala, laudent pauci alias hinc,
 Namque dies aliæ felices atque benignæ,
 Contræ aliæ accipides sunt & virtute carentes,
 Et laudant alias alij, est cognitio paucis,
 Si qua nouerca dies nunc est, nunc mater amica.
 Is felix ac prosper aget, qui hæc omnia seruans,
 Sic utinam instituat, Dijs inculpabilis ut sit,
 Auguria obseruans, nec quicquam spernere tentans.

R E V E R E N D I S S.
 IN CHRISTO PATRI
 A C I L L V S T R I S S. PRÆSV-
 LI ET DN. D. NICOLAO OLAHO
 Episcopo Agriensi. S.R. Maiestatis per Hun-
 gariam & Bohemiām supremo Cancel-
 lario, patrono suo humanissimo,
 IOHAN. RAMVS

Συφημᾶ.



V M N V P E R I N H E-
 siodi opusculum, quod de-
 Herculis clypeo scripsit in-
 cidissem, Præfus illustrissi-
 me, nescio quām insidiosa
 voluptate me retinuerit: vt
 non semel legisse contentus
 fuerim, nisi iterum atque iterum de integro
 euoluerem, adeò postrema mihi lectio sem-
 per noui aliquid promittere videbatur. Sensi
 tandem, quibus me insidijs occulta poëtæ-
 mulatio occupasset: nimirum quod hic mini-
 mè sui similis totum se in certamen Homeri,
 cùm contulisset, magnificientiusq; quām ali-
 bi assurgere niteretur. (nam in Georgicis &
 Theogonia, præcipuam operam in vocabu-
 lis & nominibus posuit) Homeri deinde &

Vir-

ypeorum
 ergiliij,
 omeri &
 efiodi
 mpara-

Virgilij clypeos huic comparavi, ut trium inter se poëtarum discrimina, quantumq; alius alium, figmentorum ac ingenij fœlicitate superasset, intelligerem. Homero igitur (quod omnium primus fuerit) inuentionis laudem, omnes vno ore concedunt: quem Hesiodus tanta dexteritate imitatus est, ut non vno loco magnam illi laudis partem eripuerit. Vtろq; iunior Virgilius, breuiter quidem, sed & luculentius, & utilius laborauit, qui totius ab ipsis ferè exordijs Romanæ rei historiam admirabili artificio repetinerit. At Homerus & Hesiodus, quanquam non omnino, propemodum tamen hic pares sunt, et si inuentioni, quam imitationi, plus laudis debeatur, Vtriusq; tamen ætas prior, & an Ηλικιῶται fuerint, iam olim apud maximos controuersum est: suisq; vtrinq; testimojjs hæc res & oppugnari, ut defendi potest. Nec sat scio, quanti hoc faciendum sit, quod vicitum olim ab Hesiodo Homerum poëticō certamine commemorant. Mihi certe si quid in tantis tenebris diuinare licet, nec contemporanei fuisse videntur, nec vñquam hunc illi poëticō certamine commissum, non enim verisimile est, in tanta laudi æmulatione, & temporum affinitate, alterum alterius labores tam manifestato furto aggressurum fuisse: præsertim cum vicitur victoris nimium semper

semper pœnitentia, victorem autem ~~ad se apud~~ ~~aut~~ ~~agere~~ labores & ingenium ad sui hominis ornamentum inuadere: quid aliud est, quam decretam sibi victoriati pessimo iure aduersatio erectam esse consideris? Quod cum in alijs multis, tunc maxime in compensationibus factum intelliges, in quibus interdum negligatum quidem vnguem alter ab altero recesserit: nisi quod is qui ætate posterior fuit, non nihil commutatis verbis futurum suum occultare conatus sit. Sed ne prolixitate nimia odiosus sim, ad Cel. V. venio, cui nostri laboris patrocinium in tanta temporum malignitate imponere ausus fui: confusus vel D. Nannij nomine, hominis V. Cel. studiosissimi leuidense hoc munuscum non ingratum Cel. V. futurum, præfertim cum iam olim ab ipsa tui ortus nobilissima infantia & doctos ornates & crescentium ingeniorum conatus adiudicare consueueris. Accipe igitur Præful generosissime, quem superioribus illis diebus ex græco conuertimus Hesiodi clypeum: opusculum breve quidem, sed tale, quod cum Homeri quoquis volumine facile conferri possit. Maxime enim hic conatus videtur, ut illi principatum extorqueret. Quod & sua Æneide Virgilius molitus est: de cuius imitatione quia mentio incidit, quid hactenus mihi videatur aperiā. Sed priuis libris cum Odyssea con-

seā contendit: illisq; quemadmodum suūm
 Vlyssēm Homerus, ita ille Aeneam, tot malis
 tempestatibus & erroribus exercitum depin-
 git, vt si vel nomen solum commutes, in di-
 tertiis scenis vnius hominis fortunas recense-
 ri, aut eundem histrionem alijs atq; alijs arti-
 bus personarum, iuduci credideris, adeoq;
 ille per omnia studiosè Homerum expressit,
 vt in Vlysse Aeneam in Aenea Vlyssēm, deniq;
 alterius in alterum fortunas tam conformi-
 ter transulerit, vt nihil eo nec similius nec
 melius dici possit: atq; ista parte (meo certè
 iudicio) Homerum longè superauit. Sex
 postremis cùm Iliade illi certamen est: quòd
 opus tantum abest vt superarit, vt ne æquarit
 quidem: tam ibi grandis, tam magnificus
 quasiq; inimitabilis Homerus, vt nec à Deo
 quidem, si scribere incipiat, victoriam illi
 creptum iri metuerim. Quid tamen Virgilius
 superstes facturus erat, nescio, multum, qui
 extant, promittere videntur labores: qui si
 sub quo artifice infantiam, sub eodem ado-
 lessentiam egissent, non dubium est, quin
 grandiores longè, magnificioresq; futuri
 erant. Ut ut est, hoc euicit, vt quanto hic in-
 ferior, tanto ibi superior excellentiorq; eu-
 serit usq; adeò, vt nisi vtriusq; tempora tam
 certa essent, non tam Virgilius Homeri, quam
 Homerus Virgilij imitator videri posset.

Verum

Verum de his (quia huc non pertinent) satis.
 Ad te redeo, Reuerendiss. Præful, obsecrans,
 ut istas nostri ingenij primitias ex tui nomi-
 nis splendore, aliquid ornamenti decerpere
 patiaris (ενδοφυη γαρ τοιστω τὰ διάκαμψ καὶ
 δόξας ἡγεμόνι τινος τὸ έπιτελευμέντων
 επιτελεῖσθαι.) Quod si facis, nostrosque labo-
 res à Cel. V. probari sensero, maiorá breui,
 quæ nosdum ad iudicium populi maturue-
 runt, multo & lubentius & alacrius profere-
 mus. Benè vale, generosissime atq; eru-
 ditissime patronæ. Vienæ Austri-
 acorum tertio Idus Maij.

Anno 1550.



D. PETRO NANNIO
 ALCMARIANO IO-
 ANNES RAMVS.
 εν πράγματι.

Cui tradenda mibi dederas tua dona patrono,
 κένθει μοί διὰ σὸν δῶρον παρέχε νόορ.

Et placide asperges per te mea carmina vulci,

ΑΡΧΘεὶν δινθεώποις πλέσαι εὐγέτατο.

Sis precor & viuo, si fundo corpore fælix.

Ολειθεὶν βιότοφ, ολειθεὶν δινθεώποις

Tu quoq; qui cansti fueris mibi numinis author,

Αντος ἐμοὶ φουδρὸν νέννυες πεποίθη

A D M A G N I F I C V M
 V I R V M, E T L I B E R A L I V M
 S T V D I O R V M A S S B R T O R E M
 acerrimum, D. Iohannem Hasenbergium
 Horatium. Archiducum Austriæ præcepto-
 rem, Iohannis Rami de Goes Carmen,
 quod totius opusculi argumentum
 continet.

Ωνπατ' ασκεάς δύσα λέντωνα τρέγυα ποιητῶ,
 καὶ πρότερον λαττίω μή ποτε γνωστέ. δέχε.
 Εψήστησεν μεγαλέστης, καὶ δόξα μέγιστη.
 Θεσκελετοὶ φοβερῷ τεύχεις φῶτο. την.

Ενθα δέξιοντθ ἐφύ δίνεται φόβον, ἔνθ' ὅλον λάσπη
 Κρῆμαι καὶ μανίαι, καὶ τὸ βρίς θλωμάνγ.
 Υστίναιτε, μάχετε, φόνοι τὸ αὐδροκτασίαι τε,
 Καὶ μακέρων θαλίαι δάστε, καὶ τὸ γαμοῖ.
 Ζῶατε, καὶ βλοσυρὰς πεφαλὰς, χαροποί τὸ λέοντες,
 Καὶ πρυγών, βάκχος θάντος δάρες πατρός.
 Τότο ἡ ἀργυρείω χαλκεὺς ἐποιήτο φαντώ,
 Δέξιθ λιγέχνια φάντος λασμπόμνοι.
 Τῷ μεματὼς τὸν λεύκνον αρπάιον ἵνοι εφεπτν,
 Υἱὸθ δαλκύνης καὶ μεγάλου διάσ.
 Ενθα Αρίων ἀλέγοντα ἔχων δόλοι χόσκιον εὗχο.
 Οντα λεπτὰ μῆρον, καὶ ὅζετοντες μέρον.
 Ενθα ἡ καὶ τύμφαι διενδρίστες. αὖτ' ἄντι πόντο.
 Νηρίδες, δὲν μετων φαῖτος εἰφέλφανος. (πάνωρ,
 Ελαπτρον ἔχων, παλάμαις τὸ λελυν κύπεντρο ἐπε.
 Καὶ λιγυροῦ χάρετε φθεγμοῖς αἷμα μελανόνα.
 Εἰδίτε οὐτε πατέτην τὸ μελάς, καὶ πλάκερα ἀπόστασ.
 Καὶ παλάμαις πιθάραι φοῖτον ἔγοντας βλέπεται,
 Μάσαις καὶ θεροῖς παντὶ ἐνισχε χρόνοι.

Mr. NICOLAVS POLITA
LECTORI.

Pingunt, Virgilius, vates Aserzus, Homerus:
Aenez, Alcidæ Peligenæ clypeos.
Belligeros contra Turnum, Cygnum, Hectora: donant
Alma Venus, virgo Pallas, aquosa Thetis.
Formauit superum cœlestis dextera fabri:
Hæc ita festiuè sacra poësis habet.
Fulgida describunt speciosis scuta figuris,
Effigiem veri principis, atq; animum.
Quem non vult varijs mundi succumbere cutis,
Aut leuiter, vates Græcus uterque, trahi.
Romanus duros non formidare labores,
Pro modo ventura posteritate rubet.
Esse animos tales solius munera cœli,
Tres simul uanum dogmate constituant.

G V I L I E L M V S . C O T V R N O S S I V S
IN CLYPEI VERSIONEM.

Tunca videns Italum ferri sua scripta per orbem,
Omnia nec Latio carmina versa legi,
Alcæus genuit vates: Et quid iuuat inquit,
Sic mea truncato corpore membra rapi?
Progenies superum, & fratri quæ scripta colono,
Ausonios olim versa iniere pedes.
Alcidæ clypeus, Cygnæaque bella supersunt,
Gloria quæ nostri prima laboris erant.
Omnia vel Latium legat, aut intacta relinquat,
Nil mea sic lacero corpore scripta iuuant.
Prodijt hinc igitur Ramus, gemitusque Poetæ
Seitulis, & Latijis Herculis arma dedit.

HESIODI ASCRAEI
 OPUSCULVM DE
 HERCVLIS CLYPEO, LA-
 TINITATE DONATVM PAR
 IOANNEM RAMVM - DE
 GORIS.

Orditur a comienda-
 tione Alcmenæ, quæ
 Amphitryonem Patris
 interfecto-
 rem Thebas
 secuta est.
CVM liquit patrios Tirynthia regna penates,
 Et Thebas, Alcmena, virum comitata, periuit:
 Quam placidos nivœ tollebat pectora vultus,
 Oraque mortali nunquam concessa puellæ,
 Nympharum matrumque decus, sexusq; verendi
 Gloria, seu purum videoas sine crimine pectus,
 Seu raro formæ spectes cœlestis honores:
 Cuncta Cythereæ similis, quæ fronte decoram
 Illi, cæsarjem dederat, luueniq; iuuentæ
 Purpureum, & Ixros oculis afflarat honores:

Exemplum amoris coniugalis.
Insignemq; adeò, retum nec inianibus aut
 Gestarum titulis, coluit venerata maritum,
 Quantum nulla queat vinclo sociata iugali.
 Qui licet in parrem ferro grasiatus honestæ
 Coniugis, & tantum maculasset sanguine nomen:
 Non tamen hoc facinus, cxiique aniuria patris,
 Erupuit primos quos illi iunxit erat ignes:
 Verum in Agenoreos, patria tellure relata,
 Tunc cum migravit fines, Cadmiq; superbum
 Imperio supplex populum, gentemque periuit:
 Illa secuta domus coniunx habitauit easdem.
 Non tamen aut thalamo prius est dignata maritum,
 Concubituue admisit, agros qui verteret vlor
 Hostiles, flammaque vrbes à stirpe ruisset.

Telebo.

Occasio
 belli suscep-
 tio.

Teleboūm, Taphiumq;, olim qui fortia ferre
De misere neci magnorum corpora frarrum.

Hoc Diuis quondam votum iuratus Olympi
Fecerat; hos metuit, si quid promissa moretur
Soluere, ne tali poscant pro crimine pœnas.

Ergo opus aggreditur, promissaq; vota capessit
Iam certus, capit arma ferox, subitoq; tumultus
Eougar, bellique omnes petit ordine curas.

Illi se comites equum genus acre ruentum

Bœotis adiungunt, belli pugnæq; furentes

Ardore, & clypeos docti vertere milices:

Locriq; insignes iaculo, brevibusque sagittis:

Vna magna nomi, genus insuperabile bello,

Phocides, in pugnam socij comiteq; sequuntur,

Tales Amphitruo populos, & talia bello

Pectora Teleboas duros educit in hostes.

Consilium interea Deus abitantis Olympi,
Anxius in curas animo conuertus agebat,
Quo tandem superumq; iras, hominumq; tumultus
Soleret, & totum freno subiungeret orbena.

Talia volenti, potior lententia visa:

Vna animo subiit: quam mox si nularq; recepit,

Yritur, & molli hinc cincte virginis igne

Arde amans, subitoq; furens delapsus Olympo,

Alta Typhaonij terigit fastigia templi:

Inde petiturus diuina sede verendum

Phicion. hic partes agitur diuersus in omnes,

Cum subito pulchri thalamos nocturnus inibat

Virginis Alcmenæ, Venerisq; in mollia soluit

Dona animum, voti compos, lectoq; receptus.

Mox illo labente die redit inclytus heros

Amphitruo, partis inimica ab gente trophœis.

Non famulos, non ille prius quod quisque lequatur

Cata-
gas popu-
lorum qui
amphy-
oneam secuti
lant.

Cor Iuppit-
ter Alcme-
ne concu-
bitum pe-
nuerit.

Explorat studium, nec agris commissa revisit:
 Quim sua membra rhoro, formosæ coniugis vix.
Lassa refecisset, variua nocte portus.
 Tanta etenim videt vis impellebat amoris.
 Amphitryona ducem, quantum qui ferre recusat,
 Præsentis curas morbi, subitoque laborat
 Tollere, & abruptis optat sibi libera vinclis
 Membra dari, ut cœlum possit commune tueri.
 Non secus exhaustis bellis, rebulquo potactis,
Ille domum, charolq; petet vixtrice penates
Dextræ, & virginæ per noctem coniugis haurit.
Amplexus, carpique suos quibus arserat ignes.

Sic quæ ignata Ioui thalamum, reduciq; marito.
 Indulxit, sepiem claudentia mœnia portis,
 Ornauit duplici partus genialis honores,
 Et fratres vna geminos produxit ab aluo,
 Nec quicquid aut animo similes, aut pectore quicquam.
 Dotibus hinc minor ingenij virtutibus alter.
 Alcides melior, pugnax, interitus, atrox.
 Hunc compressa deo superumq; hominumq; potentia:
 Ast alium peperit mortali iuncta marito.
 Hic tamen ille Iouis natos, sobolesq; Tonantis,
 Marte satum datus Cygnum consecit in armis.

Vbi &
 quomodo
 Hercules
 inciderit in
 Cygnum.

Forte sub umbroso nemoris fuligine recessu
 Delphicolæ Phœbi, magnum cum Marre vagantem.
 Vna consperxit Cygnum: fulgore minace:
 Armorum, & currus metuendo robore fultos,
 Pulsabant celeri terram commota volatu
 Corpora magnorum ripedium, densissimus auras
 Puluis ab illorum pedibus, plaustris, rotatu
Versus obvibrabat, prospectumque ire verabat
Longius obseparat densans caligine cœlum.
Splendidus axis erat, remone insignis & auro,

Quem

Quem circum rapido cursus sonuere volatu

Aeris orbis radijs, chalybeaque vincula.

Quo vehitur Cygnus currum, medioque tremendus

Insidet, atque animo spem turbidus haurit inaneam:

Cum charo Alcides sperat se posse, nepote

Perdere, & exutos armis spoliare superbis.

Talis, sed tacere secum indignatus agebat,

Abnuit euentum votis Cyrrheus Apollo,

Atque preces alio vertit, cum viribus auctum

Concidat Alcides, tantumque impellit in hostem

Magnus ab armorum radijs, natiisque patrisque,

Per nemus, & sacras pharetrati numinis aras

Fulgor ijt, densas illustrans lumine sylvas.

Visaque nescio quid penitus cominora, minari

Luminaque vultusque Dei totoque moueri

Pectore, & insanis facies effervere flammis.

He mihi, quis tantis ansit ferre obuius armis

Arma, nisi Alcides, magno comitate Iolao?

Nec nisi eos quenquam tantos & quare labores

Posse reor, Martisue iras, clademue morari,

Quicis magna vires animo, quicis fortia bello

Pectora, quicis valida pugnanda in prælia dextræ.

Tum si Alcides memori sermone nepotem

Aurigam affatur: Dulci mihi charior aura

O Iolae nepos, generis spes optima nostri,

Aeternæ & forsitan sedis suprema regentum

Numina non parui sceleris sibi conscius, olim

Læserit Amphitruo, runc cum sacra mœnia Thiebes

(Tirynthum fugiens) & Agenoris ætra petiuit,

Ob casii inuidiam socii: supplex que Creontem.

Heniochenq; adiit: quem mox, simulatq; precando

Institit ornarunt donis, rerumque dederunt

Quantum supplicibus fatis helpitioque receptis

Pesterpe-
rem aliquan-
do maio-
rum scelera
luero.

Atque ita felicem pulchra cum coniuge vitam,
Tranquillosq; dies, & fata quiera peregit.

anno
Iamq; vno lapsus Titan reuelubilis anno

Menles bis senos obiit : mox nascimur ambo.

Ipse tuus mecum genitor, sacroq; parentis

Fundimur è gremio, fratri, moreisque animumque
Dissimiles. Illi præclari Iuppiter usum

Abstulit ingenij, & corpus sine mente teliquit,

Qui profugus patria (sic dij voluere) relicta,

Eurylthea miser, non vna cæde tyrannum

In famem, sequitur : scelerum nisi forte pudore

Victus, degenerem mentem ad meliora reduxit.

Sed frustra ista queror, lachrymisq; offendor ubertis,

Chare Iolae, tui miseratus fata parentis.

At pater omnipotens mihi duros ferre labores,

Accumulans immisit, & ingentes ærumpas.

Interea æripedes frenis vincilisq; superbos

Tu rege sexilibus distorquens ora lupatis,

Arque axes fidens animi, currusq; gubernas;

Nil vanos Martis strepitus, nihil arma moratus,

Qui Phœbi in longum iaculantis tela vagatur

Per nemus, insolito (res admiranda) tumultu,

Cui quamvis magna diuino in pectore vires,

Non tamen hinc, nostro nisi vulnera fractus, abibit.

Tsilia iamdudum niemorantem, & verba ferentem

Auriga aspergit, fortisq; buc protulit ore:

Iuppiter omnipotens diuumq; hominumq; potestas,

Et glaucus salvi Neptunus gurgitis heros,

Vrbem qui Thebas clarissima mœnia seruat,

Te multis ornant mœmores utriq; triumphis :

Qui tibi tam clara Cygnus virtute domandum

A præmijs. Opposuete virum : quo victo, ut victor Olympi,

Aeternis nomen victorum sedibus addas.

Accipe tella manu, rigidoq; accingere ferro,
Vt in modò commissis interte Martia planis
Arma armis coëstant, nec euim me, nec Ioue natum,
Murmure terrebunt vacuo, votisq; fugabunt.
At spero infestis propriis cum surgere signis,
Amphitrione satos, gladijsq; urgere videbunt,
Perculsi fugiente, nec ad incuria rela refinent.
Namque adeo impugna caler hæc mihi dextrarpinas
Vt longe malum, quam regia prandia, bellum.

Ardor &
promptitu-
do iuueni-
lis.

Sic ait: ast tales iuuenili pectore fusos
Alcides animos, & verba virilia tollit
Laudibus in cœlum meritis: illumque viciissim
Affatur, volucri contra sermone locutus:

O Iolae nepos, & magni cura Tonantis,
Non procul hinc validis moturus prælia signis
Hostis abest, quare quicquid generosius audes,
Expedias, durisq; ferocis Ariovis ora
Includas phaleris, doceasq; velocius omnes
Auxilio partes monitum tentare ferendo.

Arion e-
quaus Her-
culis.

Sic fatus, subito robustis curribus aptat
Aere renitentes ocreas, argentea crurum
Vincula sortitas, toracem deinde coruscis
Siderem flammis, varioq; colore micantem
Induit, hunc illi Pallas florentibus annis,
Tristia cum duri subiit discrimina belli,
Obtulit, atque ensem collo suspendit eburnum.
Deinde humero ingentem, retroq; in terga refusam
Accingit pharetram, cui plurima spicula diris
Artibus, & varijs inerant imbuta venenis;
Vnde mouerentur lachrymæ gemitusq; cadentum;
Tela polita tamen, varijsq; operosa figuris,
Et biside nigris velata in cuspite pennis
Missa quibus cœptum rapiunt per inane volatum,

Hercules
ad pugnat
instructur.

Tela vene-
natio cuipli-
de.

Tum iaculum espit oblongum, ferroque timendum
 Præfixo capitiq; aptat quam ferre solebat
Terribilem cristis galeam, multique rigentem.
 Auri fulgentis radijs, qua evitus iniquum
 Alcides belli posset perferre laborem.

Tum caput ingentem clypeum, prorsusq; stupenda
 Arte laboratum, iactu quem nulla recepto
 Vulnera, nec duris religarant ictibus hastæ.
 Undiq; ceruleis circum currentibus aurum
 Orbibus infusum, duroque volumina gypso
 Incurvata, eboris niueo candore reluent.
 Multaque permixta variata coloribus æra
 Alternant viuos clypei coelestis honores.

In medio spiris tortus draco, fronte reflexa,
 Atque retrouersis oculis in terga recumbit,
 Ingens, terribilis, multoque rubentibus igne
 Luminibus, stringens ad apertis faucibus ora,
 Ora superfulsis sordentis tota venenis.
 Cui Dæa terribili vultum compleuerat æstu,
 Spargere bellorum causas consuetæ ferox Lis:
 Ipsa potens animis rapere improvisa vigorem
 Humanis, rigidaque illum sub sternere morte,
 Quisquis in Alcidæ ferro consurgit, & alnum
 Obuius infestis Ioue natum prouocat armis,
 Illius in Stygias animam deturbat arenas.
 Quæ dulcem subito vitam indignata relinquit,
 Nudaque putrescunt inhumati corporis ossa.

Hic videas diræ signa atrocissima pugnæ,
 Inq; fugam versos alios, aliosque sequentes
 Strage data, & multos ultra citroque tumultus,
 Quos Eris adiuncto conciuerat improba Fato,
Inuenies alios multo cum sanguine mistam
Viram exhalantes, alios in vulnera prenos.

Clypei
 Hierœulis
 elegantissi-
 ma & admi-
 rabilis de-
 scriptio.

egdæ
 dicit quæm
 Contentio
 nem alij
 vocant.
 Homines
 hoc visto
 monstra
 subito con-
 cidebant.

σποτύπω-
 σις,
 acerrimæ
 pugnæ,

Desicere, & vitam vix ducere : vulneris illum.
 Expertem, hunc cæsum pedibus per tota reuinctis.
 Caltra rapi, iamque armæ virum, iam corpora multa.
 Cæde cruentari, fluere atro sanguine vestes.
 Bis sena, hic video stridentibus effera flammis.
 Colla venato vultu maculosa draconum :
 Tam magis offenso spirantia gutture virus,
 Quam magis Alcides effuso sanguine pugnat.
 Isteque cæruleos clypei disperga per orbes
 Monstra videbantur, proprij' que ornata nitebant.
 Cuncta notis : auri per cærulea colla draconum.
 Fulgur ijt, nigros pingebat sepiæ vultus.

Haud procul inde sues, hinc effera turbæ leonum,
Iratæ coeunt animis, & torua tuentes
Congressi multo milcent cum sanguine pugnas.
 Sed nec apri rapidis quicquam cessere leonum.
 Agminibus, nec apes fului timuere leones.
 Primus ibi exiliens campo sese arduas infert,
 Agmina perrumpens valide leo : illius ergo
 In sua præcipites ceciderunt vulnera proni.
 Cladibus atque anima duo apri periere reliqz,
 Vulnera nigrantem quem ructavere, ceuqz,
 Concretum gremio. Terra officiosa recepit.
 Clamorem excipiunt socij fremituque sequuntur.
